

Chronicon

IN MEMORIAM.

G. Franken.

Obiit die 25 Octobris 1954, Reverendissimus Dominus Gerlacus FRANKEN. Prior residentialis fuerat designatus domus Busco-Domini-Isaac, die 4 Augusti 1921; Abbas ejusdem domus designatus 9 Martii 1925, benedictus 14 Aprilis 1925. Munus suum resignaverat die 28 Octobris 1942.

J. B. V.

Eugenius Simonffy Abbas Csornensis.

Die 13. Septembris anni 1954, anno aetatis suae 69, professionis 49, sacerdotii 45, regiminis 12 Reverendissimus Dominus Abbas EUGENIUS SIMONFFY, Praepositus de Csorna, necnon incorporatarum Praepositarum de Túrje, Horpács et Jánoshida pie dormivit in Domino.

Abbas Simonffy anno 1885 in Söjtör (comitatu Zala) natus, candidam sancti Patris Norberti vestem anno 1904 in Csorna accepit.

Studiis theologicis et physicis mathematicisque Budapestini in Universitate « Pázmány » absolutis anno 1909 presbyter ordinatus est. Professor gymnasialis tribus fere decenniis juventutem educavit in scholis nostris Keszthelyiensi praesertim autem Sabariensi (Szombathely) semper munus suum et officium strictissime atque religiosissime tuendo, discipulos sibi creditos non tantum scientifice formans sed et ad internam animi disciplinam assuefaciens.

Non habemus hic sufficientem de fructibus educationis eius loqui volentes locum. Sed non possumus omitti, quin unum saltem virum nominemus ab eo formatum et educatum: S. R. E. Cardinalem, Josephum Mindszenty, cuius praefectus scholae et professor Eugenius Simonffy fuit. Praedictus Cardinalis, postea a regimine communistico persecutus permultisque suppliciis addictus ac demum incarceratus, in sermonibus suis publicis — adhuc liber — semper meminit meritorum in educatione juvenum gymnasii nostri Sabariensis, in specie autem professoris deindeque amici sui paterni vere amati, Eugenii Simonffy.

Anno 1935 Superior domus et Director gymnasii ab Abbate Nicolao Steiner nominatus in Sabaria, post quinque vero annos titulo consiliarii studiorum superioris a Gubernatore Regni Hungariae et ornatus pro meritis de rebus institutivis. Anno autem 1941 Budapestinum vocatus a Principe Primate S. R. E. Cardinali Justiniano Secrédi in praefecturam catholicam studiorum ad acta rei institutoriae administranda.

A Praelato quidem proprio factus est ibidem Superior can-

didatorum magistrorum Abbatiae nostrae, qui in Universitate studuerunt.

Abbate Nicolao Steiner mortuo (1942) ab Illustrissimo Domino Praemonstratensi primum Administrator, deinde hoc munere per integrum fere annum excellentissime fungens a Sede Apostolica nominatus est Praepositurae Csornensis incorporatarumque Praepositarum supradictarum Abbas.

In allocutione occasione installationis suae habita justo jure de semetipso potuit enuntiare sequentia verba: « Numquam egoismo ductus aut propria commoditate, sed semper me emolumentum movebat nostri Ordinis sincerusque erga confratres amor ».

Per haec verba fuit ille ductus in temporibus difficillimis et vere discriminosis, quae nunc habentur.

Ad illustrandum conatus necnon res adversas ab eo sustentatas pauci tantum termini sint sufficientes:

1942/43 Restauratio status materialis Praepositurae.

1944 Labor nonnullis cum difficultatibus propter bellum exortis continuatur.

1945/46 Communistae invadunt Hungariam. — Regimen communisticum privat Praeposituram possessionibus agri fere omnibus aedificiisque in his possessionibus habitis.

1947 Consentientibus omnibus confratribus atque plaudentibus novum gymnasium in Csorna aperitur. Hoc factum est maxime memorabile, quia numquam manifestabatur conatus expansionis ultimis centum quadraginta annis peractis.

1948 Respublica surripit omnes scholas catholicas in Hungaria. Confratres nostri — jussu Principis Primatis S. R. E. Cardinalis Mindszenty — nolunt docere in his scholis communisticis ideoque perdunt occupationes suas.

1949 Novum initium: administratio 8 parochiarum suscipitur.

1950 Praepositura Csornensis a gubernio supprimitur.
Ante hoc factum triste et vere lamentabile Abbas Simonffy nonnullos confratres sufficientem habentes audaciam ad viam hanc multum difficilem venire in Occidentem permisit, traditionem Csornensem continuendi causa.

Ipsi autem Abbati fuit a gubernio status permissum ire ad Episcopum Jaurinensem (Győr). Hic ille docebat pueros in seminario minori degentes.

Seminario etiam suppresso totum suum tempus codicibus mediaevalibus Hungaricis fuit deditum. Fortasse voluit consolationem quaerens in tempora peracta fugere, in quibus plus quam quinquaginta Praepositurae in Hungaria floruerunt Praemonstratenses.

Vir scientiae actualiter in templo scientiae laborans vocatus est e bibliotheca Episcopi Jaurinensis a Domino dicenti: « Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui ».

Corpus eius translatum fuit in Csorna et apud confratres suos in coemeterio sepultum. Conductui interfuerunt 96 sacerdotes super-

pelliceis induti (inter quos 22 confratres) et magna multitudo hominum ex oppido et pago ultimum ei daturi honorem.

Nos autem, filii eius orphani, animam eius precibus Vestris commendamus, ut destructis poenis temporalibus quantocius requiescat in pace.

Hubert S. SZÁNTÓ,
O. Praem de Csorna.

SPIRITUALIA.

Meditatio.

Dr. M. GOOSSENS, O. F. M., in suo libro : *De Meditatie in de eerste Tijden van de Moderne Devotie*, Haarlem, 1953, ostendit methodum bene et specificè determinatam « meditandi » apud Devotionem sic dictam « modernam » nondum exsistere. Ea tamen quae saeculis posterioribus meditationi adscribuntur, realiter antea jam existebant. Jam apud ADAMUM SCOTUM plures considerationes de hac materia inveniuntur. In suo libro : *De Tripartito Tabernaculo* scribit tria esse, quae « in hac domo nostri sacerdotes continuo habere debent » : operatio ; lectio ad instructionem spiritualem ; actio. Alibi, in eodem libro passio Christi proponitur uti thema aptissimum pro meditatione. — Postea, Adamus Scotus, Carthusiensis factus, in suo : *De Quadripartito Exercitio Cellae* rationes octo meditandi proponit, quae aptae sunt ad perfectionem animae promovendam (l. c., p. 49 s.).

J. B. V.

Sacra Communio.

Anno 1952 prodiit, apud Nelissen, Bilthoven, dissertatio P. Dr. NOUWENS, M. S. C., *De Veelvuldige Communie in de geestelijke Literatuur der Nederlanden vanaf het midden van de zestiende eeuw tot in de eerste helft van de achttiende eeuw*. Bl. 78+379. Seu : de S. Communis frequentia juxta auctores et scripta Neerlandiae a medio saeculi decimi sexti usque ad medium saeculum decimum octavum. Plures scriptores Praemonstratenses in dissertatione ista cum laude citantur, eorumque sententiae exponuntur.

M. GROENENSCHILT (Tongerloensis), in variis editionibus Meditationum suarum, prae oculis habet praeprimis Praemonstratenses ; in suis expositionibus sese conformat dispositionibus Statutorum Ordinis anni 1630, in quibus sermo fit de Communionem et Sacramenti Paenitentiae suscipiendis semel in singulis hebdomadibus (p. 97 ; 102).

D. BELLEMANS (Grimbergensis), insistit in intentione recta qua S. Communio recipi debeat (p. 285). — Idem facit VAN CRAYWINCKEL (Tongerloensis) in suis Meditationibus (p. 285).

J. MOONS (S. Michael Antverpiensis), in plurimis libris suis vulgarizationis, non nimis praeoccupatus videtur de S. Communionem

fidelium. Momentum intentionis sanae exponit. Potius praxim sacramenti Paenitentiae fovere videtur. Alibi tamen fructus positivos S. Eucharistiae evolvit : est medium efficax pro tuenda castitate ; promovet profectum animae ad maiorem perfectionem. Ne ergo fideles, et potissimum religiosi aurem praebeant iis qui eos a susceptione S. Communionis arcere vellent (pp. 303 ; 326 ; 327).

A. WICHMANS (Tongerloensis) proponit ut Sabbatum, in honorem Deiparae, speciali modo sanctificetur, modo ferventi S. Eucharistiam recipiendo.
J. B. V.

Steingaden.

Am 29. August 1954 waren es 200 Jahre, dass die berühmte Wieskirche, eine Filiale des Prämonstratenserstiftes Steingaden in Oberbayern, feierlich vom Weihbischof von Augsburg eingeweiht wurde. Dieses Gotteshaus des « Gegeiselten Heilandes » ist ein Werk des bayerischen Baumeisters Dominikus Zimmermann aus Wessobrunn und des Abtes Marian II. Meyer. Die Kirche, ein Meisterstück der Rokokokunst in Süddeutschland, ist dem hl. Joseph geweiht. In der Säkularisation 1803 sollte die Kirche abgerissen werden, aber die Bauern verhinderten es. Heute ist die Wieskirche das Ziel vieler Wallfahrer und Kunstfreunde aus dem Inn- und Ausland. Die ehemaligen Prioratsgebäude bei der Wieskirche dienen der katholischen Jugend der Diözese Augsburg. M. F.

LITURGICA.

Pontificalia.

De origine et evolutione Pontificalium scite et erudite agit Abbas SALMON, O. S. B., abbas S. Hieronymi de Urbe in *Ami du Clergé*, LXIV (1954), 18 Nov. 1954, pp. 673-681. Plura refert de concessionibus Pontificalium Abbatibus. « On sait, ita ipse, quel rôle important ont joué les abbayes bénédictines au moyen âge, principalement au point de vue de la réforme de l'Eglise ; les abbés occupèrent une place bien autrement marquante que celle de simples supérieurs de maisons religieuses, si nombreux que fussent les membres de celles-ci et si riche que fût la communauté... Il est hors de doute que dans les affaires religieuses certains étaient bien plus puissants et plus agissants que bien des évêques. Tel est le fait qui est à la base du développement des pontificalia aux abbés ». Evocatis plurimis concessionibus ex parte Summorum Pontificum, addit illa non semper et ubique benigne acceptas fuisse, tum ex parte Episcoporum, tum ex parte ipsorum religiosorum. Inter alios, S. Bernardus (Ep. XLII) scripsit epistolam satis severam archiepiscopo Senonensi, Henrico (anno 1126), in qua, inter alia scribit : « Miror quosdam in nostro ordine monasteriorum abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere ». Qui textus, iudicio abbatis Salmon,

usum pontificalium, ut sic, non improbaret. « Ce texte, qui conserve toute sa valeur dans l'histoire de la vie religieuse et dans l'évolution de l'ordre monastique, n'a rien d'un témoignage universel et absolu contre le développement des insignes pontificaux des abbés, voulu explicitement par le Saint-Siège ». Cistercienses tamen pontificalibus non utebantur ; donec privilegium illud iis concessum fuerit anno 1359. « L'attitude des Prémontrés, qui s'étaient inspirés de Cîteaux, fut flottante ; dans la suite ils bénéficièrent eux aussi des concessions pontificales ».

Etiam non-abbatibus interdum concessum est privilegium pontificalium. In specie, in regionibus in quibus Praemonstratenses insigniter eminuerunt. « Au XII^e siècle les chanoines de Magdebourg et d'Halberstadt..., le prévôt de Brandebourg reçoivent la crosse, les gants, la mitre, l'anneau ou les sandales ». J. B. V.

HAGIOGRAPHICA.

P. Janssen.

In het tijdschrift : *Calmpthoutiana*, 6^e Jg. (1954), bl. 111-123, verscheen een artikel van Dr T. Paaps, *Petrus Janssen van Kalmthout*. De Schr. gaat eerst de legende na zoals die voortleeft in boeken en in de volksmond en die Petrus van Kalmthout de titel van Eerbiedwaardige geeft, daar hij door de Geuzen in 1567 op zijn pastorie te Haren (N. B.) werd vermoord omwille van zijn geloof. Rondom de persoon van Petrus van Kalmthout bestaan nog allerlei legendarische gegevens, maar de Schr. tracht door zijn verdere studie van de letterkundige en van de archiefbronnen een juist beeld weer te geven van het verloop der gebeurtenissen. Hij komt tot de conclusie dat Petrus Janssen, kloosterling van Tongerlo en pastoor te Haren, voor zijn geloof is gestorven. Hij is een martelaar. M. K.

S. Norbertus.

W. ADRIAANSEN, canonicus Averbodiensis, qui per multos annos in Brasilia commoratus est, et per plures annos ibidem Superior fuit domuum Averbodiensium, anno 1953, apud Ed. Vozes, Petropolis, edidit Vitam S. Norberti, sub titulo *Vida de Sao Norberto*. Pp. 317. Fatetur in Introductione generali se nullo modo intendisse nova proponere in ista Biographia neque longas inquisitiones instituisse in documenta antiqua. Opera vero hucusque relate ad istam materiam in aliis linguis conscripta accurate legit. Hac ratione opus bene conscriptum, satis voluminosum, lingua lusitana composuit, quo Vita Sancti nostri Patriarchae etiam apud incolas Brasiliae melius cognosci poterit. J. B. V.

SCRIPTORES ANTIQUI.

Anselmus de Havelberg.

Uti notum est, Anselmus de Havelberg cum Orientalibus, nomine Ecclesiae Romanae, pluries agere debuit. In discussionibus hac occasione habitis, saepe agere debuit de Ecclesia, quatenus est institutum juridicum; relationesque hujus aspectus Ecclesiae illustrare debuit cum ejus realitate interna. Veritates ab Anselmo nostro sub hoc respectu prolatae, summopere laudantur a J. BEUMER, S. J., in suo articulo *Ekklesiologische Probleme der Frühscholastik: Scholastik*, XXVII, 1952, 186-210. In specie notantur ea quae scripsit Anselmus de unitate, quae viget in Ecclesia inter caput invisibile et caput visibile (Dialogi, 3, 12: PL, 188, 1225-1226). Nemo illo saeculo tam praeclara de hac materia scripsit ac Anselmus noster in Dialogis suis, 3, 5-12. Scribit, inter alia, Anselmus, l. c., 3, 12: « Caput Ecclesiae Christus ascendens in altum vicem suam in terris Petro apostolorum principi commisit... Romani pontifices per ordinem consequenter vice Christi substituti caput Ecclesiae sunt in terris, cuius Ecclesiae caput Christus est in caelis. Noli itaque in uno corpore Ecclesiae duo vel plurima capita facere, quia valde indecens est in quolibet corpore et indecorum et monstruosum ». Quaestio de primatu Summi Pontificis in Ecclesiae praeclare ab Anselmo in suis Dialogis exposita dici debet.

In decursu historiae in Ecclesia, evolutio quaedam deprehenditur in variis statibus perfectionis. Saeculum duodecimum, in quo Ordo noster fundatus fuit, merito attentionem nostram specialem sub hoc respectu meretur. Praeter vitam ordinis monastici, magis magisque sermo tunc fit de vita « apostolica ». Quamvis contentum hujus vitae apostolicae non ab omnibus eadem ratione intelligatur. Vitae monasticae tunc vindex acerrimus erat Rupertus Tuitiensis. Novae formae defensor eximius fuit Anselmus Havelbergensis. Plurima apud ipsum legi possunt de modo quo vita « apostolica », ejus judicio, intelligi debet. Quod exponitur a P. CHENU, O. P., *Moines, Clercs, Laïcs: Rev. d'Hist. Ecclés.*, XLIX, 1954, 59-89.

J. B. V.

G. de Drooghe.

Godefridus de Drooghe, geboren te Sint-Joost-ten-Node op 24 Juni 1692, trad binnen in de abdij van Ninove in 1710, werd geprofest 23 Oct. 1712 en priester gewijd op 19 Sept. 1716. In 1720 wordt hij Leraar in Theologie. In 1736 wordt hij Trappist in de abdij van La Trappe; reeds hetzelfde jaar keert hij terug naar Ninove. Later (1741) wordt hij onderpastoor te Pamel. Hij sterft op 7 Maart 1754. Ook Antonius Fiocco, van dezelfde abdij, geboren te Brussel en gekleed op 11 Oktober 1725, priester gewijd op 8 Oc-

tober 1730 deed dezelfde stap ; deze echter schijnt volhard te hebben te La Trappe. De Drooghe schreef later een uitvoerige brief, waarin hij de strenge levenswijze van La Trappe uiteenzet. Deze brief wordt gepubliceerd in *Eigen Schoon en de Brabander*, XXXVII, 1954, 377-387.
J. B. V.

Havermans Mac.

Anno 1690, varii errores Jansenistarum damnati fuerunt a Sacra Congregatione S. Officii. Inter quos errores damnatos, duodecimus ita sonat : « Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides ; et etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana ». In Archivo vero Seminarii Gandavensis asservatur, sub num. 126, memoriale conscriptum a theologo Ludovico de Villaroyal ; videtur iste fuisse theologus qualificator S. Officii. Notat iste Villaroyal contra quos varii errores decreti anni 1690 dirigantur. Juxta Villaroyal, error n° 12 propositus esset a Prof. Van Vianen (thesis diei 25 Junii 1676), et a Macario Havermans, lectore S. Theol. in abbazia S. Michaelis Antverpiensis (theses diei 9 Maii 1675).

Haec exponit F. CLAEYS BOUUAERT : *Ephemerides theologica Lovanienses*, XXIX, 1953, p. 443.
J. B. V.

Philippus de Harvengt.

P. Joannes BEUMER, S. J., scribit in *Scholastik*, XXVII, 1952, pp. 183-210 de *Ekklesiologische Probleme der Frühscholastik*. Varias considerationes in hoc articulo proponit. Relate ad habitudinem peccatorum erga Ecclesiam plures textus indicat Philippi de Harvengt ; quos haurit ex opere « In Cant. Cant. Moralitates ». Opus istud vero non amplius retinetur uti proveniens ab ipso Philippo nostro.
J. B. V.

Zacharias Chrysopolitanus.

La Bibliothèque Nationale de Paris a ouvert ses salles, en 1954, pour y exposer des manuscrits à peintures de France du VII^e au XII^e siècle. Un catalogue explicatif fut édité à cette occasion, sous le titre : *Les Manuscrits à Peintures en France*. 1954. Pp. 138. Deux manuscrits à peintures contenant le *Unum e quatuor* de Zacharie de Besançon étaient exposés. Le catalogue donne les précisions suivantes à propos de ces manuscrits : Nr. 126. Zacharie DE BESANÇON, *Concordances des Evangiles*. — XII^e siècle (Saint-Omer, ms. 30). 236 ff., 465 × 305 mm. Les initiales, simplement dessinées, sont ornées de personnages divers, centaures, chasseurs, lutteurs, dont certains sont de remarquables nus d'inspiration certainement antique. Les bases et les chapiteaux des colonnes, aux canons, sont ornés de motifs en réserve, de gueules de monstres ou d'animaux

affrontés parmi lesquels se trouvent des sphinx et des singes (ff. 32-39). I initial à pleine page. Nr. 154. Zacharie DE BESANÇON, *Concordance...* — Anchin, seconde moitié du XII^e siècle (Douai, ms. 42). 200 ff., 435 × 310 mm. Initiales peintes, la plus remarquable au f. 101 : grand corps nu arqué pour former un U, mi-humain, mi-animal. Le type se retrouve fréquemment à Archin et à Marchiennes. Une grande peinture, qui a été arrachée, se trouvait entre les ff. actuels 26 et 27.

Le fait que la Concordance de Zacharie fut copiée, déjà au XII^e siècle, et avec un soin pareil, dans les abbayes bénédictines, prouvent que notre auteur a joui d'une grande autorité, dès que son œuvre avait paru.

J. B. V.

Gratia Christi.

Exc. Dom. LANDGRAF edere cepit magnum opus *Dogmengeschichte der Frühscholastik*. Ed. Fr. Pustet-Verlag, Regensburg. Volumen primum seriei, quod prodiit anno 1952, in specie agit de Theologia Gratiae : Die Gnadenlehre. Eruditione vere miranda exponitur quomodo auctores et Doctores illius aetatis doctrinam catholicam Gratiae systematice exposuerint. Auctores Praemonstratenses plus quam semel citantur ; horumque doctrina comparatur cum doctrinis et theoriis illa aetate a viris doctis propositis.

ADAMUS SCOTUS (Sermo 26) integram creationem uti gratiam Dei proponit. Theoria talis profecto difficultates theologicas afferre nata est ; quae a theologis posterioribus, in specie a S. Bernardo, ope distinctionum, solutae fuerunt.

Relate ad quaestionem de iis quae peccator, peccato commisso, possit facere in ordine ad gratiam habitualement recuperandam, dicitur peccatores non totaliter esse impotentes ; et sub hoc respectu citant parabolam de bono Samaritano, in qua sermo fit de eo qui « semi-vivo relicto » a Samaritano iuvatur. Haec peccatori applicantur, v. gr. a ZACHARIA CHRYSOPOLITANO : *In unum ex quatuor*, lib. 3, c. 128. Idem ZACHARIAS tractionem de qua in textu noto S. Joannis : Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, intelligit de Revelatione (I. c., lib. 2, c. 82) ; PHILIPPUS vero DE HARVENGT (In Cant., c. 3) hoc explicat de influxu charitatis Dei. ZACHARIAS ulterius agit de iis quae creatura facere potest ut sese praeparet ad gratiam habitualement : I. c. lib. 3, c. 99. Et (ib., lib. 1, c. 22), arcte cum remissione peccati gratiam connectendo, dona ante virtutes ponit.

PHILIPPUS DE HARVENGT in variis suis operibus plura de doctrina gratiae habet. Etenim, uti scribit Landgraf, p. 16, « er besass ein grosses Interesse an theologischen Fragen ». Ex epistolis Philippi plura novimus de doctrinis propositis a variis auctoribus illius aetatis ; in opere « *Responsio de damnatione Salomonis* » textus habet

plures operis hucusque de cetero ignoti, et quod verum momentum theologicum prae se fert. Etiam in ep. sua prima opus nobis ignotum indicat.

Idem Philippus distinctionem proponit inter « gratiam parvam » et « gratiam magnam » : « Est enim quaedam gratia Domini quasi parva, est et gratia Domini quasi magna. Parva Domini gratia dici potest, qua nobis largitur vires corporis, venustatem vultus, speciem corporalem, honores, divitias, famam, potentiam, acutum ingenium, indefessum studium, scientiam litteralem et cetera hujusmodi, quae laetitiam conferunt saecularem. Magna vero gratia Domini non incongrue dicitur, qua nobis vitae conceditur sanctitudo et eiusdem sanctitudinis tam efficax et sufficiens fortitudo, ut sub pedibus nostris adversarius satanas conteratur, ut universae terrae malleus confringatur, ut possimus non solum nos ab illis nexibus expedire, sed et, ne ceteris noceat, nostris cum viribus fortiter irretire ».

Idem Philippus docet remissionem peccatorum a nobis obtineri non posse merito stricte dicto. Scribit enim in suo *De oboedientia clericorum* (c. 18) : « Pulchre autem in salute non solum gratiam, sed et pacem Paulus ponit, et utraque simul iungens signanter gratiam antepont; in gratia gratuitam remissionem delictorum, in pace vero perfectionem debitam meritorum. Ex sola enim gratia peccatori primum delicta remittuntur, his remissis bona efficacius opera consequuntur; quorum lima et studio ad senilem tandem obedientiam merito pervenitur, cum sopita lite carnis et spiritus Deo serenius obeditur. Illa remissionis munificentia nullis operum meritis praevenitur, et ideo gratia dicta est, quia gratis divina bonitas hanc largitur; haec provectae mentis tranquillitas, etsi divini esse muneris non negatur, tamen laboranti et sudanti quasi debita merces datur ».

J. B. V.

SCRIPTA HODIERNA.

Averbodium.

Prodiit, anno 1954, apud Altiora, Averbode, libellus (64 pp.), *Dood en Hiernamaals bij de Grieken*, auctore R. MAES, Prof. in Collegio de Brasschaat.

J. B. V.

Gödöllö.

A. L. GABRIEL, Director Instituti Medii Aevi in Universitate Notre-Dame, anno 1954, edidit in civitate Cleveland, librum: *Pannonian Portraits*. In libro isto publicantur fructus inquisitionum Auctoris in « spiritualitatem », uti aiunt, quae in Hungaria Medii Aevi vigeat apud catholicos.

Idem, Prof. GABRIEL, annumeratus est inter membra Academiae Catholicae Hungaricae Scintiarum et Litterarum, cujus sedes habetur Romae.

J. B. V.

Postula.

Onder de titel *Liturgische Vonken*, Bezinningsstonen voor de Jeugd, geven onze confraters E. VAN DEN BERGH en C. DITTRICH een zeer praktisch en zinrijk boekje uit. Voor iedere Zondag van het jaar, alsook voor de voornaamste feestdagen worden telkens korte stukjes gegeven (van ongeveer 2 bladzijden). Aanleunend bij liturgische teksten, of Bijbelpericopen, wordt een of ander hoofdgedachte steeds zeer gunstig en stemmig ontwikkeld. Dit boekje — daarenboven mooi uitgegeven — kan ook veel nut bewijzen aan allen die herhaaldelijk voor jeugdgroepen aanmoedigingswoordjes houden moeten. Werkelijk: zeer nuttige en goed opgestelde publicatie. Het boekje telt 150 bladzijden, werd uitgegeven door de abdij Postel, en kost slechts 40 fr.

J. B. V.

HISTORICA.

Angelica Porta.

Sub nomine « Engelport » existebat antea monasterium Canonicarum, in Circaria Westphaliae. Jam anno 1835, editum fuit Necrologium huius monasterii a CHRIST. V. STRAMBERG, *Nekrolog der Abtei Engelport: Archiv für Rheinische Geschichte*, II, 1835, 1-94. — Necrologium istud conscriptum fuit anno 1406 a scriptore Laurentio DE WEDE, O. Cist., in abbazia de Himmerode. Ita: A. SCHNEIDER, O. Cist.: *Skriptorium und Bibliothek der Cistercienserabtei Himmerod im Rheinland: Bulletin of the John Rylands Library*, XXXV, 1952-1953, 159.

J. B. V.

Averbodium.

Reeds vanaf de eerste jaren der stichting van de abdij Averbode was het naburige Testelt, vooral op godsdienstig en economisch gebied, van deze afhankelijk. Steunend op archiefbronnen, o. a. het abdijsarchief, biedt ons Dr. A. WILLEMS in zijn *Uit de geschiedenis van Testelt* (Leuven, Jacobs-Hennebel, 1954, 51 bl.) een greep aan uit de godsdienstige, culturele, sociale en economische aspecten, die deze dorpsgeschiedenis uitmaken.

A. C.

Belgium.

Inspecteur E. SNEYERS schreef in 1949: *Bijdragen tot de Geschiedenis van Retie*. Retie 1949. Dit werk werd opgesteld na lang onderzoek van de Archieven van Tongerlo en Retie. In dit werk wordt herhaaldelijk gesproken over de betrekkingen van Retie met de abdij van Tongerlo en van Postel. Ook wordt de prelaat M. Volckers, prelaat van Averbode, inboorling van Retie, niet vergeten.

J. F.

Floreffia.

C. LAMBOT, O. S. B., édite dans la *Revue Bénédictine*, LXII (1952) 95-107 trois sermons de saint Augustin inédits : *Nouveaux sermons de saint Augustin*. Le premier de ces sermons est un sermon sur l'Ascension, qui se trouve dans le ms. Fulda, Landesbibliothek. A. a. 14, fol. 118 v - 119 v, un homélaire du XII^e siècle, autrefois dans la bibliothèque de Weingarten. Cette homélie se retrouve dans un ms. sur papier, du XV^e siècle, de l'abbaye de Floreffe, conservé aujourd'hui à Namur, Bibl. de la ville, cod. 23 (fol. 75-75 v). Ce ms. de Namur n'a pas les deux dernières phrases, mais son texte est meilleur. Il est peut-être intéressant de noter que dans ce sermon l'Ascension est désignée par le terme archaïque de « Quadragesima », et la Pentecôte par celui de « Quinquagesima ».

J. B. V.

Grimberga.

In *Het Land van Aalst*, III, 1951, 163, verscheen : *Twee oorkonden van Haaltert*, geschreven door D. J. DELESTRE, die ook regelmatig zijn medewerking verleent aan de rubriek *Brabantse Woorden in Eigen Schoon en de Brabander*, sinds 1953.

Het orgel van de abdijkerk te Grimbergen, geschreven door J. FEYEN verscheen in *De Praestant*, III (1954) 44-47. — Van dezelfde schrijver zagen we een artikel over *De zingende abdijtoren van Grimbergen* in *De Toerist* (1 Juni 1954), *De Auto-toerist*, Juli-nummer 1954, en in *Brabant*, het informatiebulletin van de toeristische federatie van de provincie Brabant (n^o 8-9, 1954) bl. 5.

J. F.

Z. E. H. VERRIJKEN deed in 1953 zijn werk verschijnen *Strombeek-Bever tot einde 1952*, in de serie werken uitgegeven door het *Geschied- en Oudheidkundige Genootschap van Vlaams Brabant*. Daar deze parochie van 1266 tot 1829 bediend werd door pastoors, behorend tot de abdij Grimbergen, is er herhaaldelijk in dit boek sprake over deze pastoors en over al het goed door Grimbergen aan de parochie eenmaal bewezen.

J. F.

Parcum.

De parochie Kortrijk-Dutsel werd, voor de Fr. Omwenteling, bediend door de abdij van Park. In het jaar 1705, was Adrianus de Vaddere pastoor aldaar. In dit jaar richtte de pastoor op zijn parochie een broederschap op ter ere van de Heilige Nood-vrienden S. Marcoen, St. Catharina en S. Hatabrandus. Over deze broederschap, alsook over zijn belevenissen, als parochieherder, schreef

de pastoor een relaas. Daaruit put A. MEULEMANS in *Eigen Schoon en De Brabander*, XXXVII, 1954, bl. 68 v. enkele gegevens.

Ook Korbeek-Lo werd door Park bediend. Op deze parochie bestond lange tijd een « kapel van de Zieken ». Hierover zijn heel wat gegevens te vinden in het Archief der Abdij van Park, zoals E. H. NOPPEN het uiteenzet in een bijdrage *De Capelle der Sieckenlide te Korbeek-Lo* in het maandschrift *Eigen Schoon en De Brabander*, XXXVII, 1954, 191-201.

J. B. V.

Scriptoria.

Scriptorium abbatiae Bonae Spei, inde ab initiis hujus monasterii eminuissse, dubio non vacat (Cfr. *An. Praem.*, V, 1929, 277-402). Patet aliunde Senecam apud auctores christianos Medii Aevi incipientis magna gavisum esse auctoritate. Ita, apud Philippum de Harvengt, ejus testimonia invocantur.

P. DECHANET, O. S. B., *Sénèque dans Guillaume de S. Thierry : Mélanges J. De Ghellynck*, II, 1951, pagg. 753-766, plura indicia refert auctoritatis « Senecae nostri » in illa aetate. Ostenditque in scriptoriis monasteriorum plures occurrere transscriptiones operum Senecae. Varias sententiae ex operibus Senecae extractae inveniuntur in mss. Mons 18-111 (saec. XIII : Bona Spes). Etiam litterae Senecae transscribuntur : Cod. 118 Bibl. Namurcensis (saec. XII : Floreffia) ; Mons 48/102 (saec. XII : Bona Spes) ; Namur (Mus. Archaeol.) 14 ; saec. XIV-XV : Floreffia ; Brux. 21.865 : saec. XIV-XV : Parc. — Additque Dom Déchanet, l. c., p. 754, n. 7 : Une étude attentive de ces divers manuscrits devrait être entreprise ; on arriverait sans doute à reconstituer la filière de cette diffusion remarquable de la pensée du Philosophe, diffusion dont l'initiative revient peut-être aux Prémontrés. (Autour de cette question voir P. FAIDER, *La lecture de Sénèque dans une abbaye du Hainaut*, dans *Mélanges Paul Thomas*, Bruges 1930, pp. 238-247.

J. B. V.

Tepla-Schönau.

M. FITZTHUM, O. Praem., *Der Beitrag des Egerlandes zur deutschen Kulturgeschichte*. In : *Der Bayr. Nordgau*. Festgabe Dr. J. Ulrich - Dr. Heinz Schauwecker zur 60. Geburtstag. Amberg 1954, 104-109.

M. FITZTHUM, O. Praem., *Die Kolonisation durch das Stift Tepl*. In : *Tirschenreuthplan b. Mariebad*. — Festschrift 1954, 29-31.

V. O. LUDWIG, *Abt Gilbert Helmer. Ein Lebensbild aus unseren Tagen* (Bücher der Egerlander. Bd. 8). Egerland-Verlag Geislingen-Stg. 1954, 163 S.

Eine aus liebender Verehrung geschriebene Biographie des bekannten Tepler Abtes, und Gelehrten, dessen Name im politisch-

Kulturellen Leben Altösterreichs und Deutschböhmens einen guten Klang hatte. Zugleich ein Bild vom letzten Glanz und von der äusseren Bedrohung jener typisch österreichisch-böhmischen Stiftskultur, die mit dem Untergang der feudal-bürgerlichen Gesellschaftsordnung — abgesehen von der gewaltsamen Unterdrückung der Klöster in der CSR und Ungarn-nunmehr der Vergangenheit angehört. Persönlichkeit und Werk des Abtes Helmer hatte dem Stifte Tepl bis weit in die kirchenfremde Welt liberaler und nationaler Prägung hinein Achtung eingetragen. Die innere Problematik jener Zeit wird allerdingst erst eine kritische Geschichtsschreibung aus grösserer zeitlicher und persönlicher Distanz, und unter Zugrundelegung des gesamten Quellenmaterials darstellen können. — In methodischer Hinsicht ist zu bedauern, dass die persönlicher Erinnerungen des Bruders des Verewigten (S. 123 ff.) von der Darstellung getrennt und nicht in sie hinein verarbeitet wurden. Eine Auswahl von interessanten Bildern (Portraits, Ortsaufnahmen) erhöht den Wert des Bändchens namentlich vom heimatkundlichen Standort der Herausgeber.

A. H.

FITZTHUM M., *Bedeutung des Stiftes Tepl für Kultur und Wirtschaft des Egerlandes*. Selbstverlag Amberg, Handelsschule 1954; 52 S. P. : 1,20 Mk.

Die dem heimatkundlichen Interesse weiterer Kreise entgegenkommenden kurzen Aufsätze über das Stift Tepl, seine Einrichtung, Mitglieder und Wirksamkeit — erstmals im « Heimatbrief f. d. Bezirke Plan-Weseritz und Tepl-Petschau » erschienen — sind hier zu einem geschmackvollen Bändchen zusammengefasst. Auf nähere Quellen- und Literaturhinweise wurde verzichtet. Angefügt ist ein Bericht über « Stipt Tepler Orgeln » von R. Quoika (SS. 49-52).

A. H.

Tongerloa.

Prodiit tomus tertius editionis Cartularii Abbatiae Tongerloensis, curatae ab Ambr. ERENS (†). In hoc tomo eduntur diplomata annorum 1318 (9 Nov.) - 1344 (18 Jul.). Seu numm. 562-881. Editio facta est sub auspiciis Commissionis Historicae Antverpiensis, sub titulo : *De Oorkonden der Abdij Tongerlo*. Pp. 488.

J. B. V.

In *Calmpthoutiana*, 7^e Jg. (1955), blz. 38-52, met vervolg wordt door R. HAVERMANS een artikel gewijd aan de landschapsgeschiedenis van Kalmthout, bijzonder Kretenberg. Dit artikel behelst vele gegevens voor de ontwikkeling en de aangroei van de bezittingen der abdij Tongerlo in deze streek. Het artikel is getiteld : *Bijdrage tot de landschapsgeschiedenis van Kalmthoutsehoek. Het landschap rond Kretenberg*.

M. K.

De Mededelingen, gehouden op het 7^e Kempisch Congres te Mol in Juli 1952, verschenen in boekvorm : *Humanisme en Latijnse Scholen in de Kempen*, Brecht 1954. Van onze confrater Milo KOYEN verscheen de bijdrage : *Tongerlo en het Humanisme*, blz. 56-67.

In het tijdschrift : *De Spycker*, orgaan van de Heemkundige Studiekring voor het grondgebied van de aloude heerlijkheid Essen-Kalmthout-Huiberghen en voortzetting van de « Gedenkschriften O. K. E-C », 11^e Jg. (1951-54), blz. 119-129, geeft G. MEEUSEN, *Bijdrage tot de geschiedenis van Tongerlo's Hoeven te Essen-Kalmthout* : IV. *De Hoef van Gielke Gommeren te Essen*. M. K.

In *Bijdragen tot de Geschiedenis*, Reeks III, 6^e Jg. (1954), blz. 55-64, verscheen een artikel van A. DE BELSER, *Onenigheid tussen de Heer van Broechem en de Prelaat van Tongerlo over het Jachtrecht*. M. K.

S. Vincentius Vratislaviensis.

Diploma anni 1139-1149 antiquius est inter diplomata nunc nota Silesiae ; concessum fuit abbatae Praem. S. Vincentii Vratislaviensis. Inquisitione accuratissima Prof. SANTIFALLER agit de isto diplomate, tum relate ad ejus characteristicam externam, relate ad studia de ipso illo diplomate edita, de ejus conservatione, transscriptionibus, ut tandem textus diplomatis iterum edat, notis plurimis scientificis additis. Haec legi possunt sub titulo : *Ueber die Urkunde für das Breslauer St. Vinzenzstift vom Jahre 1139-1149 : Mitteilungen des Oesterreichischen Staatsarchivs*, VI, 1953, 9-33. J. B. V.

West-de-Pere.

Die 8 Septembris 1954, solemniter benedictus et instauratus fuit novus Prioratus, qua domus dependens abbatae West-de-Perensis. Prioratus nomen fert : Nostra Domina a Daylesford. Novitatus Ordinis in USA ibidem instituetur. Benedictioni solemniter assistentiam praestiterunt duo Vicarii Generales ; cum pluribus sacerdotibus ex utroque clero. Primus Prior constitutus est J. Resch, Socius Commissionis Historicae Ordinis. J. B. V.

ARTES.

Averbodium.

Te Kortenbos, nabij Sint-Truiden, staat thans een prachtige kerk, Onze Lieve Vrouw ter ere. Deze kerk — door Paus Pius XI tot Basiliek verheven — werd in de zeventiende eeuw door de abdij van Averbode gebouwd. Het mirakuleus beeldje van de Moeder Gods (Behoudenis der Kranken) werd door Mgr de Mont-

pellier, bisschop van Luik, in de negentiende eeuw, tot Patronen van Limburg uitgeroepen. Het beeldje werd, in naam van Z. Heilichheid de Paus, gekroond. Ter gelegenheid van het Maria-Jaar 1954, werd een kunstmap uitgegeven, onder de titel : *Basiliek van Kortembos. 1954*. Deze map bevat enkele bladzijden tekst en daarna negen prachtfotos van bepaalde zichten en onderdelen van de kerk, op de eerste plaats van het mirakuleus beeldje.

J. B. V.

Dokkum.

Effossiones peractae fuerunt in loco in quo olim erat abbatia S. Bonifacii in Dokkum. Ut omnibus nostris diebus locum hunc invisentibus forma et delineatio abbatiae illius appareat, indicationes utiles appositae fuerunt in laqueari quo nunc tectus est locus.

J. B. V.

Ecclesia in Belgio.

Anno 1952, Adm. Rev. D. LEMAIRE († 1954), qui per plurima decennia Professor fuit in Universitate Lovaniensi, librum edidit : *De Romaanse Bouwkunst in de Nederlanden* (Verhandelingen Kon. VI. Academie), Brussel, Paleis der Academiën. Quod opus, anno 1954, iterum editum fuit in *Keurreeks*, nr. 54, Davidsfonds, Lovanii. In hoc opere, quod agit de architectura juxta stylum romanicum, uti aiunt, in Neerlandia, iteratis vicibus sermo fit de ecclesiis et monasteriis Ordinis nostri ; in specie, pagg. 129-34 (ed. Kon. VI. Academie) de ecclesiis Praemonstratensibus tractat. Potissimum de ecclesiis Floreffensi, Parcensi et Postellensi. Inter alia, haec tenet doctissimus Professor : Dum Cistercienses saeculo duodecimo facile stylum novum illius periodi adhiberent — stylum gothicum —, Praemonstratensem potius formam antiquam-romanica-servabant. Ecclesia Bonae Spei quidem sub hoc respectu potius exceptio dicenda est. — Juxta Prof. Lemaire, regiones Neerlandiae illa aetate stylum specialem in architectura non creaverunt ; quamvis ex altera parte monumenta erexerint quae vere praeclara dici debent. Similiter stylus vere Praemonstratensis saeculo illo non extitit (etiam stylus specific Cisterciensis defuit illa aetate (p. 129), in regionibus Neerlandiae). Ratio juxta quam ecclesiae Floreffensis, Parcensis et Postellensis constructae fuere, variis delineamentis adjectis, exponitur, dum et vicissitudines harum constructionum, saeculis posterioribus, magna cum cura indicantur.

J. B. V.

Hamborn.

Die im Jahre 1944 zerstörte ehemalige Abteikirche zu den hll. Joh. Ev. und Joh. Bapt. in Duisburg-Hamborn wurde durch den

Architekten Dipl. Ing. Heinz Thoma aus Düsseldorf neu aufgebaut. Gebot der Konservierung und moderner Sakralbaugedanke fanden eine glückliche Lösung (*Kirche und Leben*, Bistumsblatt Münster, 9, 1954, Nr. 52, S. 12).
A. H.

Organa.

QUOIK A Rudolf, *Die altösterreichische Orgel der späten Gotik, der Renaissance und des Barock*. Kassel, Bärenreiter-Verlag, 1953. Behandelt bzw. erwähnt, u. a. die Orgeln folgender Prämonstratenserstifte: *Schlägl* (S. 39. 72) ; *Selau* (S. 71) ; *Strahov* (S. 54. 69. 71) ; *Tepl* (S. 46. 52. 70. 71) ; *Wilten* (S. 72).
A. H.

Sanctus Andreas in Nemore.

L'exposition de manuscrits à peintures, organisée en 1954, à la Bibliothèque Nationale de Paris, comprenait plusieurs Evangélistes. Le catalogue explicatif édité à cette occasion parle, à propos de l'époque Romane de ces manuscrits, du contact que les régions du Nord de la France eurent avec les Iles, mais aussi avec les régions de la Meuse et de l'Est. Sont cités, à cet effet, les *Evangiles mosans d'Averbode* (Liège, Université, ms. 363 B), et la *Bible de Floreffe* (British Museum Add. 17737-17738).

On pouvait admirer à l'Exposition, sous le numéro 183, la *Bible* du monastère de Saint-André-au-Bois. Seconde moitié du XII^e siècle (Boulogne, ms. 2). 2 vol., 515 × 345 mm. Le catalogue (p. 72) ajoute : Œuvre de premier ordre, cette grande Bible en deux volumes, aux dessins et aux coloris de vigueur et parfois d'outrance, peut être comparée, pour la qualité, aux meilleurs livres illustrés à l'époque en France et en Angleterre. Sa décoration, faite de grandes initiales peintes ou historiées, ne rappelle cependant rien qui provienne d'ailleurs : on ne sait si elle a été exécutée à Saint-André-au-Bois.
J. B. V.

Vallis Dei.

L'exposition de manuscrits avec peintures, organisée à la Bibliothèque Nationale de Paris pendant l'été 1954, exposait aussi quelques peintures murales. Parmi celles-ci on pouvait admirer une *Sainte Vierge*, du milieu du XII^e siècle, provenant de l'abbaye prémontrée de La-Val-Dieu.
J. B. V.